

ner cum filia: qui licet epistolæ vice  
fungi queant; pro mea tamen in te  
veteri observantia & studio nolui  
eos absque literis ad Te meis dimit-  
tere, si nihil aliud significaturis, sal-  
tem de peractis felicissimè nuptia-  
rum solennibus ampliolem factu-  
ris fidem. Nam post ægrè submo-  
tum rivalem, virum quidem illum  
optimum & optabilem omninò fi-  
liæ, nisi optabilior alius superve-  
nisset, vel potius antevenisset:  
itemque post dispulsa impedimen-  
ta alia, quæ fati, munus suum ob-  
jecta aliqua difficultate commen-  
daturi, morosa benignitas interpo-  
suit nudius decimus (is fuit secun-  
dus Martii) ex voto nostro, in pri-  
mario urbis templo, Christiano ritu,  
felicibus auspiciis firmatum fuit in-  
ter tuos illos matrimonium. Spon-  
so, parentis loco, Magnificus Aca-  
demia